

76 C. Iulio C. f. Caesari | imp., triumviro r. p. c.¹, | patrono | d. d.

In oppido Samnii S. Agata de' Goti, ubi videtur fuisse Saticula (IX 2142). —

1) Triumvir rei publicae constituendae factus est Caesar lege Titia d. 27 Nov. 711 (fasti Colot.), C. Iulius Caesar vocari desiit appellarique coepit imp. Caesar a. 714 (Mo. Staatsr. II 744 not. 2).

77 imp. Caesar cos. desig. tert., | Illvir r. p. c. iter.¹, | murum turre- que fecit

Tergeste (ex exemplo novicio facto a. 1470; lapidis antiqui duo fragmenta hoc saeculo prodierunt: V 523 p. 1022. Huebner ex. scr. ep. 175). — 1) Consul iterum Caesar fuit a. 721, tertio a. 725; Illvir r. p. c. iterum vocari desiit a. 721 d. 31 Dec.; positus est igitur titulus a. 721, quo constat Caesarem moratum esse in Illyrico.

78 imp. Caesari d. f.¹ | imp. V, cos. VI², | Illvir. r. p. c., | patrono.

Lunae rep. (XI 1350, descripsit Bormann). — 1) $\overline{\text{D}}\overline{\text{T}}$ lapis; intellege divi filio.

— 2) Numeri perturbati; anno 726, quo consul sextum fuit Caesar, imperator fuit non quintum, sed septimum, nec iam dici volebat triumvir reipublicae constituendae.

79 imp. Caesari divi [f.] | imp. VI, cos. III¹, | [pa]trono, -d. c[. d.]²

Prope Capuam, ad S. Angelum in Formis (X 5826). — 1) A. 725, post pugnam

Actiacam, ex qua Caesar imperator sextum appellatus est (Oros. 6, 19, 4). — 2) de conscriptorum decreto cf. X 5854.

80 imp. Caesar [i divi f.] | cos. V¹, imp. VI, | Rufrani vicani q[uo- rum] | aedificia sunt.

Prope Presenzano in Campania, ubi fuit vicus Rufrae (X 4850). — 1) A. 725.

— Eodem loco extat titulus M. Agrippae plane similis (X 4851).

81 senatus populusque Romanus | imp. Caesari divi Iulii f. cos. quint.¹, | cos. desig. sext., imp. sept., | re publica conservata.

Romae rep. in foro saec. XVI medio, descripta a Smetio Ligorioque (VI 875).

— 1) A. 725. — Hic est annus quo Caesar, post bellum Actiacum Romam reversus, tres egit triumphos, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum d. Aug. 13. 14. 15 cf. Mommsen mon. Ancy. p. 10 (ed. 2). Titulum prostilisse in arcu triumphali Augusti sito iuxta aedem divi Iulii coniecit O. Richter Jahrb. des arch. Instituts 1889 p. 155 seq.

82 Primus Marc . . .¹ | Vivir. Au[g.] | (Victoria clipeum sustinens) s. p. q. R. | Augusto dedit | clupeum virtutis | [c]le[m]enti[ae] ius[t]itiae | pietatis causa².

Rep. in Piceno prope oppidum Potentiam in alveo fluminis cognominis, ubi nunc extet ignoratur (IX 5814). — 1) Dedicantis vel dedicantium nomina. —

2) Sunt haec repetita ex inscriptione clipei, quem a. 727 (senatus) p(opulus)q(ue) R(omanus) Augusto posuit Romae in curia Iulia (Mon. Anc. VI 18 cf. Momms. comm. p. 152).

83 (Victoria clipeum sustinens) senatus populusq. | Romanus | imp. Caesari divi f. Augusto | pontif. maxum. | imp. cos. trib. | potestat.

Romae, in fronte arae marmoreae, in cuius reliquis lateribus cernuntur ana- glypha spectantia potissimum ad Augustum gentemque Augusti (VI 876). Hic quoque significatur idem clipeus qui N. 82; sed dedicata est ara non ante annum